| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 221 | PAN cum fiſtula maiore ſedens; cui applicari fere paſtor videtur o. m. Adſtat Nympha lac in gaulo, ſiue mulctram eam dixeris eſſe, offerens alte ſublatum ſedenti. | | | |
| 222 | FAVNVS adoleſcens pulchellus in cippo adſidens ad ſignum Panis hermaeum. Prope eum tibiae maiores defixae eminent. | Onyx | Com. a Wazdorff | |
| 223 | SATYRVS cum claua ſuper aram pronus, et aduerſus hircum arietando pugnans. gemma magna. | Sarda | Rex Sicil. | |
| 224 | FAVNVS ebrius pedum geſtat et vuuam, quam exprimit in ſinum infra poſitum. | Amethyſt. | | |
| 225 | MARSYAE et OLYMPI, videntur quidem, perſonae: *vel potius Bacchi forte ac Sileni. cum eis fiſtula viſitur, et litterae nonnullae obſcuriores. Hetruſcas putant.* | Amethyſt. | Rex Gall. | Mariette T. 1, t. 49. |
| 226 | SILENI ridentis ac pampinis coronati perſona pulcra. | Ectypa g. v. *Cameo.* | | |
| 227 | FAVNVS capram ſtrangulando elidens. Icarum *edunt, Erigones, vt opinor, patrem.* | | | |
| 228 | Alius eadem ſpecie paſtor, in gemma paullo maiore. | Iaſpis | Bourdalouë | Mlle Cheron Pierres grav. |
| 229 | TMOLI, vt putant, caput. | Sarda | | |
| 230 | BACCHVS, vel potius paſtor quilibet, amphoram vini plenam coronans. | Sarda | | Maffei et Montfauc. T. 1, tab. 113, 4. |